



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

20. Cædes innocentium pro Christo Martyrum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO XIX.

*Indicatur ab Angelo fuga in
Ægyptum.*

I. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens : Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum : & esto ibi, usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. *Matth. 2. v. 13.*

II. Qui confurgens, accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum : & erat ibi usque ad obitum Herodis. *Matth. 2. v. 14. & 15.*

III. Ut adimpleretur, quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem : Ex Ægypto vocavi filium meum. *Matth. 2. v. 15.*

MEDITATIO XX.

*Cedes innocentium pro Christo
Martyrum.*

I. Tunc Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis, iratus est valdè. *Matth. 2. v. 16.*

II. Et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus

bus ejus, à himatu & infrà, secundum tempus, quod exquisierat à Magis. *Matth. 2. Vers. 16.*

III. Tunc ad implerum est, quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus. Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. *Matth. 2. V. 17. & 18.*

MEDITATIO XXI.

IESVS Angeli monitu revocatur ab exilio.

I. **D**efuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. *Matth. 2. V. 19. & 20.*

II. Qui consurgens, accepit puerum & matrem ejus, & venit in terram Israël. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. *Matth. 2. V. 21. 22.*

III. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur, quod dictum